marie et succus herbarum quarundam preparatus et aqua ra-
dicis leuistici et ordei hec omnia mundificant et albificant et
humectant. Purificatio sanguinis. Sanguis vero purificatur
in istis modis. Primo per ciborum generationem laudabilis sanguinis
sicut sunt vinum subtile odoriferum et carnes laudabiles bene
cocte. Iste facilis et ante putrefactionem et adustionem di-
geratur. Item in digestione sola est radix generationis boni sanguinis.
Item per electuaria bona sicut conditum pirorum et boraginis et
succi sicut terre et cassie fistule. Et melius fit si prius humores
mali debite fortius expellantur. Et tunc sic pili tamen in-
digent et [illegible] sicut cadunt a loco et loco eorum nigra
renascuntur. Deinde oportet prohibere ne tamen fiat quorundam
modos inferius explanabimus. De quibus senectus prouenit. In
primis ponam omnia ex quibus senectus prouenit et que senectu-
tem sceleriter accelerant. Et etiam omnia que iuuentute fruentes
et senes faciunt ad iuuentutem reuerti. Incommoditas vero se-
nectutis contingit ex debilitate caloris naturalis quod accidit duobus
modis scilicet ex naturali processu temporis natura debilitatis. Aliquando
ex causis et accidentibus pessimis que multe sunt in quibus ca-
lor naturalis debilitatur. Sicut est quod minuuntur spes et virtutes
sicut subitanea euacuatio humorum et coitus nimius et flebotomia
multa et non oportuna. Quare si accidunt subueniendum est
cum bonis cibis et potibus bene nutrientibus ut sunt [illegible]
galliarum et pullorum edi perdices fasianorum et aues campestres
cum longo sompno et quiete et cum rebus odoriferis et delec-
tabilibus per visum confortantia et auditum scilicet ne videat vel au-
diat displicentia sed symphonias ludibria et solatia et co-
tidie et iaceat in lecto molli. Et Nota quod coitus mo-
uet materias ad extrema et excitat vapores calidos et pu-
tridos remittit ad superficiem cutis. Et ita facit ante tempus se-
nescere et cutem corrugare. Quare leprosis et paraliticis et ar-
theticis et guttosis et scabiosis et ad illa dispositis est con-
trarius coitus. Calor enim naturalis ex hoc deficit et absum-
ptionem quod oportet nequaquam digerit sed crudum permittit et
ad membra indigesta transire compellit. Omnes cum eidem appe-
tunt et nolunt huic cum dispositioni contrarie repugnare. Ex flebotomia
nimia accidit senectus et ydropisis et virtutum destructio
in stomacho et in epate et cordis debilitas. Fit etiam ex eius
negligentia cum sibi indiget. Ex qua veniunt multe egritu-
dines sicut scabies lepra apoplexia paralisis pleuresis per-
pleumonia febres acute synoche et emoptoys. Omnia
etiam que generant flegma accelerant et preparant senectutem et
specialiter fleuma putridum et indigestum et aquosum quod iste
opilat et non permittit calorem naturalem per membra vigere. Sicut Pi-
sces et oleum lac tritium recens pultes et auene et potagia
plumbi et tangere res frigidas et [illegible] sicut sunt [illegible]